Quaestio medica [illegible] in Scholis Medic. die Jou. penult. Januar.

D. Ludovico Cochin doctore medico Prudentissimo Moderatore.

Estne Apostasis omnis ab humorum vitio?

Corporis humani ex seminis actu animato, et sanguine menstruo vitii experte conflati, ut natura parens est, ita ad extremum usque vitae tempus est conservatrix. Ita eadem malo affecti medica sane censetur, quae morbos imminentes avertit pro viribus, praesentes oppugnat, et profligat. Eorum ut alia sunt prima, simplicia, gravia, & similaria, qui partes similares, vel temperiem pervertit, vel materiam immutat, vel formam corrumpit; organicus, qui instrumenti ~~[illegible]~~ symmetriam & infringit, et communis, qui utriusque functionibus pariter incommodat. Ita causae aliae sunt evidentes, et externae, et hae quidem vel necessariae, vel non; aliae sunt interiores, ~~intra~~ quae humores sive deficiant, sive excedant vitio dantur. Ac solius quidem sanguinis exsuperantia plethora est, reliquorum humorum redundantia in cacochymiam degenerat. Utrumque vitium natura conservandi sui operis semper studiosa, per se, vel adiuta sanat, cum molestos humores incrassando coquit, secernit, et non nisi coctos expellit &c.

Id vero si subito fiat, subito si confestim et repente κρίσις, dicitur, quae nihil aliud est, quam ~~[illegible]~~ subita morbi mutatio. Fit autem haec bifariam ut plurimum vel κατ' ἔκκρισιν, vel κατ' ἀπόστασιν. Illa tutior et laudabilior acutis morbis accidit, si natura robusta fuerit, suntque tot ejus differentiae, quot evacuationis genera. Ac haemorragia quidem utilis, si fiat κατ' ἴξιν — synochum, causum, et viscerum inflammationes ~~solvit~~ & haemorroides melancholicis supervenientes bono sunt; menses, qui motum lunae sequuntur, muliebres morbos finiunt: vomitus gracilibus confert, & nisi hyems adsit: Diarrhaea dissenteria [illegible] supervenientes salutares: urina [illegible] generis, variusque partium, per quas transcolatur affectiones indicat et judicat; sudores in nulla febre negligendi, si toto corpore erumpat: thoracis morbi sputo maxime solvuntur, nonnunquam per urinas, et alvi dejectiones. Quare omnes et similes evacuationes τὰς ἀποστάσεις — aliter appellari.

Genus alterum τῆς ἀποστάσεως commune est morbis acutis, et chronicis: sed in illis materia non admodum crassa ad superiores partes vehitur, in his crassior et copiosior robore naturae ad inferiora, et procul ab affecta parte depellitur: Nam ut in oligarchia potentior imbecilliorem opprimit, ita in oeconomia nostri corporis pars robustior in imbecilliorem morbificum humorem deponit. Quamobrem quos febres longo tempore vexerunt, iis tubercula ad articulos, vel labores fiunt; et si qua pars ante morbum laboraverit, ibi morbi sedes: urina crassa, et multa abscessum [illegible] liberat, [illegible], et cruda in convalescentes minatur. [illegible] vero [illegible] abscessus hyeme magis concitari, tardius desinere, minusque [illegible] solitum: Quo ad aetatem: juvenes si morbo longo vexentur, abscessibus sunt magis obnoxii, at vero seniores ad abscessus minus producere sunt febres longa existentes; quas si [illegible] vocantibus repetat, autumno proxima in quartanam degenerat; Alioquin senes diuturnis morbis & semel correpti, fere commoriuntur &c.

Hoc casu comprehenduntur parotides nunquam repellendae, sed phlebotomia, et purgatione mitigandae: bubones tum pestilentes, tum venerei, [illegible]-tae suppurationis impatientes: Anthraces, in quibus, remissio interdum periculosa: hydrops chirurgia curabilis: articulorum antea dolentium tumores exanthemata, quae sunt reliquiae crassi sanguinis, qui in febri putrescebat, et similes quae fiunt in cutem eruptiones, hidroticorum ~~[illegible]~~ persanandorum [illegible]-rum quae juste derivantur sanari oportet. Critica est evacuatio si die [illegible] critico promissa, critico absolvatur, sed et qualia oportet si prosperantur, et aegri facile ferant, bonum; sin minus, quicquid ad perfectam et criticam evacuationem deest [illegible], aut supplendum &c.

Cum vero omnis εὐταξίας causam a caelesti, et ἀταξίας — ab elementari regione vera philosophia repetendam doceat; cur abscessus criticis diebus fiant potius, quam aliis, ab astris, hanc naturam inferiorem motu luminis, et influxu moderantibus accepto ferendum est. Ac sol quidem ut quatuor anni temporum author est, ita corpora nostra, et humores suo per zodiacum motu, immutando, morbis chronicis modum imponit. Luna vero celerior, acutos suo motu, ac lumine judicat: hoc favore adiuta natura, pugnam in statu adversus morbum instituit, coctisque humoribus stato tempore secernit, et excludit foras, vel in partem aliquam deponit; [illegible] et maxima ex parte per venas, ~~[illegible]~~ venae et arteriae, per quas [illegible], arthritides ipsae potius, quam per summa corporis ~~[illegible]~~ sub cute influentes humores, et inde dolores, schirmata in spina nascentia, nodi contortiones, glandularum tumores omnes fieri existimandum est quod si ~~[illegible]~~ cruda aliqua intemperies, aut cacochymia citra plethoram et cacochymiam, aut morbus aliquis organicus sine humoris vitio, aut soluta unitas corpus humanum affligat, nulli unquam abscessus ~~[illegible]~~ fiunt, multoque minus a paracelsicorum, quicquid salis habet, salis, sulphuris & ~~[illegible]~~ mercurio ~~[illegible]~~ τὰς ἀποστάσεις fieri putandum est.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Est igitur Apostasis omnis ab humorum vitio

Asserebat Antonius Capluanus Fossanensis, 1586.

Dni doctores disputaturi:

M. Jacobus Herault	M. Claudius Bazin	M. Ludovicus Duret med. Reg.
M. Joannes le Moyne	M. Philippus Hardouyn de St. Jacques	M. Petrus Lafilé med. Reg.
M. Stephanus Dufour med. Reg.	M. Joannes Cottereau	M. Joannes Huguet